



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

23. An in bello licitum sit uti insidiis, stratagemis, & sit standum promissis?  
Et quid, si fidem dedisses hosti non intendi insidiis, nisi fortè coactus  
dedisses, quia tunc etiam firmatam juramento ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

nocentes : si verò sint innocentes , non possunt occidit ; etiam illi , qui miserunt , non stent promissis . Hac illa .

3. Cuius sententiam docet etiam Villalobos in summa tom . 2 . tract . 5 . difficultate 12 . num . 16 . ita aferens . Quanto a los que estan dados in rebenos se ha de decir , que si los de su parte quebran las paces , aunque no los puedan matar los que los tienen en rebenos , si no tienen culpa , agora porque son innocentes y no capaces della , ora porque no fueron causa de que los hijos las quebrassen , mas con todo esto , los podran detener por cautivos . Ita Villalobos , & ante omnes ex Victoria Ludovicus Molina de insititia tom . 1 . tractat . 2 . disp . 120 . & Reginaldus tom . 2 . lib . 21 . capit . 8 . numer . 114 . Vnde non est audiendus Fililiucus .

## RESOL . XXII .

*An licitum sit occidere obsides , quando aduersarij non stent promissis ?*  
Et an in tali casu , qui occidunt obsides , dicantur innocentes occidere ? Ex part . 5 . tract . 4 . Ref . 35 .

Sup . hoc in § . 1 . A ffirmatiuè respondet Azorius tom . 3 . lib . 2 . Ref . praeceps . cap . 7 . quæst . 16 . vbi sic ait . Quæritur an licitum sit occidere obsides , si hostes fidem fregerint ? Respondeo esse licitum , nam ea conditione dantur obsides , ut hostes fidem seruent , item quia aliter pax & securitas ex bello haberi non posset : item quia aliter hostes semel deuicti in officio contineri non possent . Ita ille .

2. Non desinam tamen huc adnotare Bonacinam de contract . disp . 2 . quæst . vlt . sect . 1 . pun . 7 . num . 2 . contrarium docere , sic enim asserit . Patet neque licitum esse occidere obsides innocentes , licet qui eos miserunt non stent promissis . Ratio est , quia intrinsecè malum est occidere directè innocentem . Hæc ille qui pro hac sententia citat Victorianus & Lessium qui quidem de hoc casu in particulari nihil agunt , solum ibi asserunt innocentes non esse occidendos , quod Azorius non negat ; difficultas est an in tali casu qui occidunt obsides , dicantur innocentes occidere ; & hoc probare debebat Bonacina .

## RESOL . XXIII .

*An in bello licitum sit vii in sediis , stratagematis , & si standum promissis ?*  
Et quid , si fidem dediſſes hosti non vtendi in sediis , nisi forte coactus dediſſes , quia tum etiam firmata in ramento implere non debes ? Ex part . 6 . tractat . 4 . Ref . 10 .

§ . 1 R espondeo affirmatiuè : quia hoc nec per se malum est , & sapè ad obtinendam victoriā aut necessariū , aut valde vtile . Ita Coninch disp . 31 . de bello , dub . 7 . num . 109 . & alij communiter . Excipiendus tamen est casus , quo fidem dediſſes hosti non vtendi in sediis , quia tunc deberes fidem seruare , & promissa implere , ut optimè dicit Diuus Thomas in 2 . 2 . q . 40 . art . 3 . Nisi fortè , ut bene obseruat Castrus Palauus tom . 1 . tract . 6 . disp . 4 . num . 4 . coactus dediſſes ; quia coactio promissionem annullat ; aut si promissio in gravis damnum boni communis Reipublicæ vel Religionis cederet ; quia tunc etiam iuramento firmata impleri non deberet , vel tandem si hostis violaret in toto vel ex parte fidem

viciſſim datam . Duuallius in 2 . 2 . tract . de clarion , 9 . 16 . art . 8 . addit , quod si circumstantiae & conditiones , cum quibus facta est promissio , mutauerintur quærum mutatio si tunc prævilia fuisset , non fuisset facta promissio ; aut latenter si fuisset , impudentiam maxima argueret ; in hoc casu sententia defuisse voluntas promittendi , & sic promissio illa non obligat . Ita ille . Vide etiam circa præsentem questionem Layman lib . 2 . tract . 3 . c . 12 . num . 10 .

## RESOL . XXIV .

*An liceat totam Ciuitatem Militibus dirigidam dare ?* Ex part . 6 . tract . 4 . Ref . 21 .

§ . 1 P er se loquendo licetè aliquando id efficiunt quando scilicet , ipsa obstinatus refutando id meruit , iudicaturque necessarium , aut valde expeditum , ut milites spe prædae eam feruentur oppugnare , & alii Vibes deterreantur , ne tam oblitiose resistant . Est communis , & patet ex communi præcepta Principibus sine reprehensione vñp̄p̄ta . Benè tamen multi notant id sapè minus conuenient ob multa sceleris , quæ milites ea occasione committere perpetrant multos ut pecunias extorqueant , crudeliter torquent , & matronis ac virginibus vim inferendo , &c . Ob quæ ea concessio per accidentem est illicita , quies al supradictis fines non est aliquo modo necessaria . Et si quando concedatur , duces tenentur huiusmodi scelera , quantum possunt impediens ea severè prius prohibendo , ac demum puniendo eos , qui in illis fuerint comprehensi . Et ita docet Layman lib . 2 . tract . 3 . c . 12 . num . 2 . Reginaldus tom . 2 . lib . 21 . c . 8 . n . 115 . Coninch disp . de Bello dub . 7 . n . 127 . Caſtrus Palauus tom . 1 . tract . 6 . disp . 6 . pun . 4 . num . 28 . Valentia tom . 3 . disp . 3 . pun . 3 . Molina tom . 1 . tract . 2 . disp . 12 .

## RESOL . XXV .

*An liceat in bello innocentes occidere ?*  
Et ad firmandam securitatem in future , an liceat occidere nocentes , vel innocentes , quorum rebellatio metitur ?  
Et in principio huius Resolutionis explanatur qui sub nomine innocentes intelligatur ? Ex p . 6 . m . 4 . Ref . 11 .

§ . 1 R espondeo innocentes esse infantes , mulieres , Monachos , Conuehos , Presbyteros , Rusticos ad Agriculturam euntes & redeuntes , & in agro laborantes , Legatos & Oratores , Pergecum & Exteros , & Mercatores . Hoc sufficeret .  
2. Astero per se , ex intentione non posse hanc damnam innocentibus inferri : quia bellum pena est , & nulla pena innocentium iustè imponitur . Per accidentem autem potest innocentibus damnum inferri quatenus non cauetur eorum incommodum , & fit aliquid ad comparandam victoriā , ex quo innocentibus ledatur , v.g. potest vrbs impugnari utrue etiacaulis , & tormetorum globis , quamvis verisimile sit aliquos innocentibus occidendos esse ; possunt exerci tutes , aut mortalia subiecto igne sulphureo , etiam si simul nocentes & innocentibus coactant , vel opprimantur . Ratio est , quia percussio innocentium tunc accidentaria est , & præter intentionem . Nec tenetur qui iustum bellum causam habet , desistere , à consequitione proprii iniurie propter incommodum , quod inde in innocentibus reddundat . Si ergo finis bellī licitus est , & media , sine quibus consequi non potest fieri bunt . Adde talem occidere nem non esse belligerantibus imputandum , cum illos